

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

In vigilia sancti Andreae apostoli: venerabilis Beda presbiter: Homilie zu  
der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

ipsum . lacrimas fudit . rursum fremuit . ac uoce magna clamauit . lazare ueni foras .

**E**t sic tandem quierat desperatus . discusso tenebrarum pondere . uitae luci que red datur . Sed & hoc notandum . quia publica noxa . publico ex & remedio . leuia autem peccata . leuiori & secreta que uent penitentia deleri . Puella in domo iacens . paucis arbitris exurgit . eisdemq; nemiraculum uulgarent Indicitur .

**E**t stupuerunt Inquit parentes eius . quibus precipit ne aliquid dicerent quod factum erat .

**I**uuenis extra portam turba multa comitante atq; intuente suscitatur . lazarus de monumento uocatus intantum populis Innotuit . ut ob eorum qui uidere testimonium . plurime dno turbae cumpalmis occurrerent . & multi propter illum abirent ex iudaeis & crederent in ihm . Quarta uero mortuum dñs nuntiante discipulo agnoscit . sed quia qui pro eius ereptione dñm precarentur uiui defuerant . dimitte inquit ut mortui sepeliant . mortuos suos . **I**dest

mali malos . noxus laudibus grauent . Et quia non adest iustus qui corripiat in misericordia . oleum peccatoris inpingu& caput eorum .

**IN VIG SĒ ANDRĒ**  
**LĒ SĒI IYĀ SĒC IOHĀNĒ**

**I**n illo temp . stabat iohannes & ex discipulis eius duo . & respiciens ihm ambulantem dicit . Ecce agnus di .

**E**t audierunt eum duo discipuli loquentem . & secuti sunt dñm . & ita

**LXXV<sup>m</sup> IN VIG SĒI ANDRIAE APLI . O MET VENERABILIS BEDI PRBI DE LVANG**



**LECTIONI ANTA**

actalis est scripturae diuinae sublimitas . ut non solum uerba quae a scis uel ab ipso dno dicta referuntur . sed etiam circumstantia rerum quae simpliciter posita uidetur .

**E**cce enim narrante euangelio fratres carissimi audiui mus . quia stabat iohannes & ex discipulis eius duo . & respiciens ihm ambulantem dicit . ecce agnus di .

**S**tatimq; cognouimus . immo

∴ spiritualibus sit plena misteris ;

iam notum ad memoriam  
reuocauimus. quare ihm praecur-  
sor suus agnum di uocauit.  
7 Quia uidelicet cum  
praeceteris mortalibus sin-  
gulariter Innocentem. hoc  
est ab omni peccato mundum  
nouit. quia nos suo sanguine  
redempturum. quia dona  
sua uelleris sponte largitu-  
rum. ex quo uestem nobis  
nuptialem facere possimus.  
Id est exempla uiuendi nobis  
relicturum praecuidit. qui  
bus in dilectione cale fieri  
debueremus. 7 Hoc est ergo  
testimonium praecursoris  
dñi. quia facile patet fidelibus  
citum amoris in unum  
tem. audientium cordibus in-  
fundit. 7 Sed non est putandum  
quia sine certatione misse-  
ri. hoc relaturus euangelista  
praemisit. scetisse iohanne  
cum discipulis. ihm uero am-  
bulasse. & illo utiq; ambulasse.  
ubi sequentibus se discipulis  
iohannis. mansionem in qua  
habitat ostenderet. 7 Ceteraq;  
huiusmodi. quae sequentia  
lectionis euangelicae comme-  
morant. sienucleatius dis-  
cutiantur. Inueniemus celestibus  
redundare misteris.

Stabat enim iohannes & respexit  
ihm. quia in meo ligno  
mine perfectionis animi gres-  
sum fixerat. unde uere celsitu-  
dinem diuinae maiestatis mere-  
retur intueri. 7 Stabat. quia  
illam uirtutum arcem conscen-  
derat. a qua nullis temptatio-  
num posse & inprobitatibus deici-

Stabat cum illo & discipuli.  
quia magisterium eius. corde  
sequebantur immobili. 7 Et re-  
spiciens inquit ihm ambulan-  
tem. dicit. ecce agnus di.

Ambulatio ihu. dispensationem  
Incarnationis qua ad nos uenire.  
ac nobis exempla uiuendi prae-  
bere dignatus est insinuat.  
sicut mansio eius. aeternitatem  
diuinitatis. In qua semper est  
patri aequalis aptissime designat

Respicens ergo ihm ambulan-  
tem iohannes dicit. ecce agnus  
di. quia uidentem eum inter ho-  
mines conuersantem. pro-  
fectumq; illis uitae caelestis  
& factis demonstrantem. & uer-  
bis. aperte pronuntiabat.

Quia non ipse ut putabant.  
sed ille esset qui ad redemp-  
tionem generis humani  
ado patre esse missus in  
mundum. 7 Ille qui forma  
Innocentiae & patientiae

inse credentibus esset daturus.

De quo Incarne uenturo praeci-  
nens propheta dicebat. Sicut  
ouis ad occisionem ducetur. &  
sicut agnus coram tondente se-  
sine uoce. sic obmutescet. Et  
iterum. Ipse autem uulnera-  
tus est propter peccata nostra.  
& luore eius sanati sumus.

Et audierunt eum duo discipuli  
loquentem. & secuti sunt ihm.

Testimonium perhibente iohanne  
quia ihu esset agnus di. secuti sunt  
illum duo discipuli. Magis deside-  
rantes ab ipso ihu quam a praec-  
curatore illius uerbum gratiae  
percipere. quo & ipsi mererentur  
magnum di sorte computari.

Bene autem duo sunt discipuli  
inuenti qui dnm primi seque-  
rentur. ut etiam in fide de-  
signarent. omnes qui illum per-  
fecte sequerentur. gemina dilec-  
tione deuotos esse debere.

Hoc est & eiusdem sui redemptoris.  
& fratrum simul amore flagran-  
tes. Conuersus autem ihu. &  
uidens eos sequentes se. dicit eis.

Quid quaeritis. Non potuit igno-  
rare dnm quid sequentes se disci-  
puli iohannis quaererent. sed  
in eo quod ad illos sequentes con-  
uertitur. quod ipse prior quid  
quaererent interrogat. quod

dat illis fiduciam quaeque uellent  
rogandi. manifeste innotuit  
quantum bonis nostris studiis  
delectetur. quam libenter iter  
ueritatis inchoantibus ipse auxi-  
lium. Laturus occurrat.

Qui dixerunt ei. Rabbi. quod di-  
citur inter pretatum magister.  
ubi habitas. Nolebant transi-  
torie. magisterio ueritatis per-  
frui. sed mansionem potius in qua  
habitaret inquirebant. quatenus  
& tunc liberius in secreto uerbis  
illius imbui. & exinde sepius eum  
possent uisitare plenius instru-  
endi. Vnde & ipse qui illos  
bene petentes. quaerentes pulsan-  
tes uidit. libens eis secretarium  
sui reserauit. arcam. eosque intro-  
ducens. ueritatis euangelicae  
rudimentis. quae desiderabant  
inlustrauit. Nam sequitur.

Oicit eis. Venite & uidete.

Statimque subiungitur. Venerunt  
& uiderunt ubi maneret. & apud  
eum manserunt die illo.

Quod si altiori sensu libet inspicere.  
quid nobis agendum insinu-  
ent discipuli in eo quod ad dnm  
quidem ambulantes uenerant.  
sed locum conuuiui ubi habitaret  
inquirebant. Ammonent  
utique nos. ut quotiens in carna-  
tionis eius transitum ad mente

reducimus . sollicito semper eum  
corde rogemus . ut habitationem  
nobis . eterne suae mansionis .  
quae est apud patrem ostendere  
dignetur . dicens cum moise . 7

**D**ñe ostende nobis gloriam tuam . 7

**Q**uod autem ipse discipulos uenire  
& ubi maneret uidere praecipit .  
uir tutum profecto studium .  
quibus ad eterna gaudia perueni  
amus . subeundum nobis ostendit .

**V**enire & enim post ihm est . ut  
mansionem eius uidere possimus .  
bonis operibus quae ipse prae  
monstrauit insistere . horumq;  
cottidianis profectibus . ad celsi  
tudinem diuinae uisionis ad  
tingere . 7 Venerunt inquit  
& uiderunt ubi maneret . &  
apud eum manserunt die illo . 7

**H**ora autem erat quasi decima . 7

**Q**uia lex in decem praeceptis data  
est . solet in denario numero  
perfectio legis indicari . 7 Bene  
ergo decima hora uenerunt  
discipuli ut mansionem ihu uide  
rent . quia nimirum necesse est  
ut quidm desiderat uidere . di se  
mandatis humiliter subdat . 7

**Q**uiq; luce diuinae contemplatio  
nis post modum frui appetit .  
prius adiuuante dño decalogū  
legis . per opera lucis . quasi deci  
ma hora diei sole inlustrante

compleat . 7 **E**t illiquidem  
die illo manentes apud dñm .  
felicissima ueritatis speculatio  
ne uesperam expectabant . 7

**A**t uero omnes electi post operum  
bonorum perfectionē . post im  
pleta legis di praecepta . perpetuū  
& nullo fine obnoxium diem sunt  
cum illo acturi . illum uidelicet  
quem uidere desiderans propheta  
cantabat . quimelior est dies una  
In atris tuis super milice .

**E**rat autem andreas frater simo  
nis petri . unus ex duobus qui audi  
erant ab iohanne & secuti fuerant  
eum . 7 Inuenit hic primum fra  
trem suum simonē . & dicit ei . Inue  
nimus messiam quod interpretat  
tatum xps . & adduxit eum ad ihm .

**A**ndreas dñm quem inuenit . etiam  
simoni fratri sequendum euangeli  
zat . 7 Qui hoc est uere dñm  
inuenit . uera illius dilectione  
feruere . frater nō quoq; salutis .  
curam gerere . 7 Ille & enim per  
fecte conditoris sui ducatum  
sequitur . qui etiam proximi quan  
tum ual & habere comitatum  
nititur . 7 Inuenimus inquit  
messiam . quod est interpretatum  
xps . 7 Messias idem quod xps est .  
**S**ed messias hebraeo sermone .  
xps dicitur . greco . latine autem  
unctus interpretatur . unde

& chrisma grece latinae unctio dicitur. Xpi autem idest unctus appellatur dñs. quia sicut petrus ait. unxit euondf spu sco & uirtute. unde etiam psalmista in eius laude loquitur. **V**nxit te dñs dñs tuus oleo laetitiae praekonfor tibus tuis. **C**onfortes autem eius nos uocat. qui ad accipiendam sps sci gratiam. In baptismo etiam chrimate uisibili per unguimur. & a christi nomine. christiani uocamur. **S**ed ille praekonfor tibus unctus est. cui sicut iohannes baptista testatur. Non ad mensuram dat dñs spm. sed omnia dedit in manu eius. Nam de confortibus eiusdem unctionis. dicit apostolus. **V**n cuiq; autem nostrum datte est gratia secundum mensuram donationis xpi. Vocabantur autem christi & sacerdotes. in lege & reges. in figuram nimirum eiusdem ueri regis. & pontificis magni dñi ac saluatoris. in cuius tpo etiam materiali linebantur oleo. **N**on solum autem illi. sed & nostri temporis fideles ut a christo christiani. ita etiam ab ipsa sacri chrisimatis unctione. ab ipsa sps gratia quia consecrantur. christi recte nunc cupantur. propheta teste qui ait. **E**xisti in salutem

populi tui. ut secluos facias christos tuos. **E**xit quippe in salutem populi sui. ut saluos faciat cristos suos. qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de caelo & in carnatus est. ut nos spiritali gratia per unctos ac sanatos sui sci nominis donaret esse particeps. **S**equitur. **I**ntuitus autem eum ihs dixit. tu es simon filius iohanna. **I**ntuitus est simonem ihs. non exterioribus solum oculis. sed & interno diuinitatis intuitu. iuxta illud beati samuelis. homo uidet in facie dñs autem intuetur cor. **V**idit cordis eius simplicitatem. uidit animi sublimitatem. cuius merito cunctae esset praefendus ecclesiae. **V**idit quia uocante andrea. feruenti ad se amore per uolauerit. **I**deo q; uenientem mox familiari affatur eloquio. **T**u es inquit simon filius iohanna. **N**ec magnum est dño uocabulum cuius libet hominis uel patris eius dicere. qui omnium scorum nomina scripta tenet in caelo. **S**ed positurus discipulo nomen. meriti sublimioris ditaturus uocabulo. quod totius ecclesiae praefuli congrueret. primo uoluit ostendere. quia quod apccerentibus acceperat nomen. & iam ipsum

significatione uirtutis non careret &

**S**imon ergo oboediens. iohanna  
dicitur dñi gratia. T ues simon  
filius iohanna. T ues oboediens.  
filius gratiae dī. Et merito ille  
oboedientis nomine censetur.  
qui & prius inuitante andrea  
mox dñm uidere curauit. & post  
modum cum ipse dñs eum addis  
cipulectum uocaret. statim  
cum eodem andrea quem pari  
ter uocauit. relictis retibus  
quorum usu uiuebat. eum sequi  
nondistulit. Vnde & andreae  
quoq<sup>nomen</sup> ueram mentis eius imaginē  
praefert. Andreas namq<sup>grece</sup>  
latine dicitur uirilī. Et ille  
libenter dñm. uel ad praedica  
tionem iohannis. uel ad ipsius dñi  
iussionem. sequendo. ad eorum se  
sortem pertinere docet. qui tempo  
ralia quae possident. fortiter  
aeternorum amore contempnunt.

**Q**ui credentes uidere bona dñi in  
terra uiuentium. donec haec per  
cipiant. expectare dñm cum  
psalmista & uiriliter agere. accor  
suum confortare contendunt.

**Q**uod autem simon filius fuit  
iohanna. id est gratiae dī. aperte  
demonstrat. quia quicquid deuo  
tae oboeditionis dño impendit.  
quicquid merito oboedientiae  
praemii perennis ad dño recepit.

totum hoc nimirum praeueniē  
te se gratia supernae pietatis ut  
habere posset accepit. Ecce  
audistis. carissimi quare pri  
mus apostolorum prius simon  
dicitur. quo misterio filius fit  
iohanna. Restat praeseruari.  
quod darcari contineat nomen.  
quo eum denuo saluator appellauit.

**T**u inquit uocaberis cephas. quod  
interpretatur petrus. Neq<sup>uero</sup>  
petri uocabulo quasi hebreo uel  
sīro. aliam interpretationem  
quaerere oportet. sed pro certo  
nosse. quia idem grece & latine  
petrus. quod sīriace cephas signi  
ficat. Et in utraq<sup>lingua</sup>. no  
men a petra deriuatum est.

**V**ocatur autem petrus. ob firmita  
tem fidei. uocatur petrus ob inui  
cibile robur mentis. uocatur petrus.  
quia illi solidissimae petre de qua  
apostolus ait. petra autem erat  
xps. unica deuotione adhaesit.

**H**inc est enim quod eadem petra  
uidelicet xps. cum interrogaret  
discipulos suos. quem eum esse  
dicerent. ac petrus responderet  
dicens. tu es xps filius dī uiui. con  
tinuo puram eius confessionem.

**U**ixta utriusq<sup>nominis</sup>.  
significantiam. digna re  
muneratione donauit. Sed  
& ipsa petri appellatio. quid in se

sacramenti gestar & aperuit.

Primo namq; ait. de simone.

Beatus es simon bar iona. qui caro  
& sanguis. sed non reuelauit tibi.  
sed pater meus qui in caelis est. ac  
de inde subiunxit de petro.

Et ego dico tibi. quia tu es petrus.  
& super hanc petram aedificabo  
ecclesiam meam. Tu es inquit  
petrus & super hanc petram  
aedificabo ecclesiam meam.

Tu es petrus & super hanc petram.  
aqua tu nomen accepisti. hoc est  
super me ipsum aedificabo eccle-  
siam meam. Super hanc fidei per-  
fectionem quam tu confessus es. aedi-  
ficabo ecclesiam meam. Ac uis  
societate confessionis. quisq; de uia  
uerit. quamuis sibi magna uideatur  
agere. ad aedificium ecclesiae meae  
non pertinere. Petrus igitur  
a firma petra uidelicet xpo. quem  
ardenter amauit nomen accepit.

Xps & enim uocatur petra. quia  
inexpugnabile ad se confugienti-  
bus praesidium tribuit. quia  
sperantes in se ab antiqui hostis  
insidiis munitos reddit & tutos.

Nec praeter eundem quod ob hoc  
quoq; dñs petra uocatur. quia  
spiritualium nobis charismatum  
fluenta ministrat. quia sacro sca-  
nos sui sanguinis comunione  
purificat. Quod facilius intel-  
querent

legitur & iocundius forte reti-  
nebitur. si ad memoriam reuocemus.  
quaesit iuxta historiam  
petra. de qua apostolus mystice  
quia xpm significar & exponit.

Liberatus namq; de egyptia serui-  
tute populus per mare rubrum  
uenit in desertum. in quo per annos  
quadraginta donec ad terram  
re promissionis ueniret iter agebat.

Qui quodam tempore. fame ac siti  
fatigatus in heremo. clamauit  
ad moysen. At dñs orante  
moise sicut scriptum est. pluit  
illis manna manducare. panem  
caeli dedit eis. Rursus quoq;  
praecipit moysi ut percuteret  
uirga petram. quod dum faceret.  
exiit aqua & bibit populus. Unde  
dicitur in psalmo. Quo percussit  
petram & fluxerunt aquae.

Nos ergo fratres carissimi. nos sumus  
populus dñi. qui egyptiae serui-  
tutis iugum per mare rubrum  
liberati euasimus. quia per aqua  
baptismi remissionem peccatorum  
quaenos praemebant accepimus.

Nos quinter erumnas uitae prae-  
sentis. quasi in siccatate heremi.  
promissum nobis patrie celestis  
expectamus ingressum. In qua  
uidelicet heremo siti periclitamur  
ac fame spiritali deficere.  
si non redemptoris nostri nos

dona confirmant. si non incar-  
nationis eius sacramenta reno-  
uant. Ipse est enim manna. que  
nos uictu caelesti. ne in huius sae-  
culi itinere deficiamus recreat.  
**I**psa petra. quae spiritualibus nos  
domis inebriat. quae ligno cru-  
cis percussa. poculum nobis uitae  
suo de latere manauit. Vnde  
dicit. in euangelio. Ego sum  
panis uitae. Qui uenit & ad me.  
non esuri et. & qui credit in me.  
non sitit & umquam. Et congru-  
ente satis figurarum ordine. pri-  
mo populus per mare saluatus est.  
ac sic ad cibum mannae atq; ad pe-  
tram mystice peruenit. Quia  
primum quidem aqua nos rege-  
nerationis abluit. ac deinde ad  
participationem sacri altaris. ubi  
redemptoris nostri carni ac san-  
guini communicemus trans-  
mittit. Haec demisterio  
petrae spiritualis. aqua & pri-  
mus pastor ecclesiae nomen  
accepit. & in qua totius scae ec-  
clesiae fabrica immobilis & in-  
concussa persistit. & per quam  
ipsa ecclesia nascitur. ac nutri-  
tur. latius exponendo dicere libuit.  
**Q**uia solent artius multo & aliquan-  
do dulcius in hincere cordibus  
audientium. ea quae figurarum  
antiquitate praemissa. sic demu

noua spiritualiter explanatione  
dilucidantur. quam quae sine  
ullis figurarum exemplis simplici-  
tantum narratione credenda  
uel agenda monentur. Cure-  
mus autem fratres carissimi. ut  
huius petre praesidio semper ad-  
haerentes. nulla labentium reru  
contrarietate terrente. nulla  
blandiente serenitate. a fidei fir-  
mitate diuellamur. Neglectis  
deliciis temporalibus. sola in  
presenti redemptoris nostri dona  
caelestia delectent. sola inter  
erumnas saeculi spes uisionis illius  
consoletur. **R**ecolamus seduli  
egregium dauid prophetae & regis  
exemplum. qui cum in tantis regni  
affluentis honoribus ac diuitis  
nullum animae suae solatium  
posset inuenire. tandem erecto  
ad superna desideria mentis in-  
tuitu. memor fuit dei & delecta-  
tus est. **U**tq; ad eandem eius  
uisionem peruenire mereamur.  
obstacula uitiorum quae hanc  
impedire solent. satagamus  
a nostro & corpore & mente secludere.  
Neq; enim ad eum nisi rectis  
operum gressibus peruenitur.  
neq; facies eius munda. nisi a mun-  
dis corde uidetur. **B**eati autem  
mundo corde quo ipsi deum uidebunt.  
**Q**uod ipse nobis praestare dignetur.

qui est promittere dignatus. ih̄s  
x̄p̄s d̄s & d̄n̄s noster. qui uiuit &  
regnat cum patre in unitate sp̄s  
sc̄i per omnia secula seclorum. am̄.

**IN̄ S̄C̄ ANDREAE**  
**L̄C̄ S̄C̄I IUĀ S̄C̄I MATH̄.**

**I**n illo temp̄. **A**mbulans ih̄s iuxta  
mare galileae. uidit duos fratres  
simonem qui uocatur petrus & an-  
drea fratrem eius. & reliq̄.

**xcviii** **OM̄IA BEATI GR̄GO**  
**RII PAPAE DE EADEM**



**L**ECTIONE.  
**M**IDISTIS  
fratres carissi-  
mi. quia ad  
unius iussio-  
nis uocem.  
petrus &  
andreas  
relictis  
retibus.

secuti sunt redemptorem. **N**ulla uero hunc facere adhuc  
miracula uiderant. nihil ab eo  
depremo. eterna retributio-  
nis audierant. & tamen ad unum  
d̄n̄i preceptum. hoc quod possidere  
uidebantur oblit̄i sunt. **Q**uanta  
nos eius miracula uidemus. quot  
flagellis affligimur. quantis mi-  
narum asperitatibus deterremur.  
& tamen uocantem sequi contem-

60  
nimus. **I**n caelo iam sedet.  
quide conuersione nos ammonet.  
**I**am iugo fidei colla gentium  
subdidit. iam mundi gloriam  
stravit. iam ruinis eius crebres-  
centibus. districta sui iudicii diem  
propinquantem denuntiat. &  
tamen superba mens nostra. non  
uult hoc sponte deserere. quod cot-  
tidie perdit inuita. **Q**uid ergo  
fratres carissimi. quid in eius iudicio  
dicturi sumus. qui ab amore prae-  
sentis saeculi. nec preceptis flecti-  
mur. nec uerbis emendamur.  
**S**ed fortasse aliquis tacitis secum  
sibi cogitationibus dicat. **A**duocem  
dominicam. uterq̄ iste piscator  
quid. aut quantum dimisit. qui pene  
nihil habuit. **S**ed hac in re fra-  
tres carissimi. affectum pensare  
potius debemus quam censum.  
**M**ultum reliquit. qui sibi nihil reti-  
nuit. **M**ultum reliquit. qui quam-  
libet parum. totum deseruit.  
**C**erte nos & habita cum amore  
possidemus. & ea quae minime  
habemus. ex desiderio quaerimus.  
**M**ultum ergo petrus & andreas  
dimisit. quando uterq̄ etiam  
desideria habendi dereliquit.  
**M**ultum dimisit. qui cum repossessa.  
etiam concupiscentis renuntiavit.  
**A**sequentibus ergo tanta dimissa  
sunt. quanta a nonsequentibus